

Viro Celeberrimo Dn. Johanni Coccejo Christophorus Wittubius

S. L. D.

183.

300

boni, Magne Viri, humanissimis tuis literis & die Julii, et pro munere literario, quo me afficere vo-  
lueris, gratias egi debitas. Et quoniam meum iudicium iuraveras, quavis id non sentiam in me ma-  
gnum, id quoque tibi. Adidi unum vel alterum scrupulum, quem mihi eximi à Rever. Vestra  
Dignitate petii. Miror autem nihil quicquam ad id responsum, cum dubitare nequeam, recte has  
meas fuisse perlatas, utpote ordinaria postea misit. Ego vero eo animo sum, ut cedere meliora  
docentibus libenter velim, et dona uberrima, quae Deus in te contulit, ita gratis agnosco,  
ut libentissime ad tuam ingentem flammam meam velim auertere candelam. Praesentes in-  
serviunt commendationi Ornatissimi huius juvenis Jacobi Latonis. Is est Johannes Litterius,  
qui ad vestras Albenas auerit, ut studia Theologia, quae tibi feliciter cepit, sub ductu  
Rev. vestrae absolvat. Juvenis est optima spei, à memoria et iudicio non mediocriter in-  
structus, Parentis optimi non degener filius. Praeclare is meritis fuit de Eulens in terra  
Juliacensi et in dies meretur, consiliis prudentissimis eas juvanda, nec minus eloquiis verbi  
divini instruendo. Filius vero egregie patrius et ad magna tendit. Aimi ergo ut fa-  
ve tuo benevolis subsidio, consilio, et institutione studio ejus promoveas majorem in  
modum rogo, non in hominem ingratum nec indignum collaturus id beneficii. Ita te, omni  
Veneratione dignissime Vir, Deus sospitem et incolumem bono Eulens magno multas in annos  
conservet. Vale et salve unum tuum. Neomagi 7 Sept. 1663.

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwritten text in red ink, possibly a date or reference.]*

5  
19

Viro  
Admodum Reverendo, Excellentissimo  
et Clarissimo, Dr. Johanni Cocqjo  
Theologo Academie Leidenensis,  
honorabilissimo et Celeberrimo, Amico  
et Cantoni plurimum honorando

Leide.